

caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas.  
A. d. XIII kal. Febr. M. Laberio Maximo II, Q. Glitio Agricola II cos.<sup>5</sup>  
alae I Pannoniorum Tampianae, cui praest C. Valerius Celsus, de-  
curioni: Reburro Severi f., Hispan.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in  
muro post templum [divi A]ug. ad Minervam. Q. Pompei Homeri — C.  
Papi Eusebetis — T. Flavi Secundi — P. Cauli Vitalis — C. Vettieni  
Modesti — P. Atini Hedonici — Ti. Claudi Menandri.

*Diptychon aeneum, rep. in Anglia loco dicto Malpas inter Chester, ubi fuit  
Deva, et Shrewsbury, est Londinii (III p. 864; VII 4493). — 1) A. 103. — 2) III  
(pro III) scriptura exterior, minus recte ut videtur; cf. Eph. ep. 5 p. 99. — 3) Ex  
his alis cohortibusque pleraeque etiam in aliis inscriptionibus Britanniae repertae sunt.  
Ceterum cum in constitutione anni 124 (III p. 873) recenseantur in Britannia alae sex  
cohortesque viginti una, fieri potest, ut hic habeamus dimidiam tantum partem auxi-  
liorum exercitus Britannici; similiter constitutiones N. 1099 et 2000 ad dimidiam  
tantum partem auxiliorum Moesiae inferioris pertinuerunt. — 4) Huic legato positus  
esse videtur titulus supra N. 1032. — 5) 19 Ian. 103 (eo anno consules ordinarii  
traduntur fuisse imp. Traianus quintum et Maximus iterum; Traiano idibus Ianuariis  
successisse Agricolam hoc diploma docet, de Glitio Atilio Agricola cf. supra  
N. 1021).*

---

2002 imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus Dacicus, pontifex maximus, tribunic. potestat. XI<sup>1</sup>, imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis quattuor et co-  
hortibus decem et unam, quae appellantur (1) I Hispanorum Auriana et  
(2) I Augusta Thracum et (3) I singularium c. R. p. f. et (4) II Flavia p.  
f.  $\infty^2$ , et (1) I Breucorum et (2) I et (3) II Raetorum et (4) III Bracar-  
augstanorum et (5) III Thracum et (6) III Thracum c. R. et (7) III Brit-  
tannorum et (8) III Batavorum  $\infty$  et (9) III Gallorum et (10) V Bra-  
caraugstanorum et (11) VII Lusitanorum<sup>3</sup>, et sunt in Raetia sub Ti. Iulio  
Aquilino, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta  
missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum  
civitatem dedit et conubium cum uxoris, quas tunc habuissent cum est  
civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent  
dumtaxat singuli singulas. Pr. k. Iul. C. Minicio Fundano, C. Vettennio  
Severo cos.<sup>4</sup>

alae I Hispanorum Aurianae, cui praest M. Insteius M. f. Pal. Coe-  
lenus, ex gregale: Mogetissae Comatulli f. Boio, et Verecundae Casati filiae  
uxori eius Sequan., et Matrullae filiae eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in  
muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Pompei Homeri — L.  
Pulli Verecundi — P. Cauli Vitalis — P. Atini Amerimni — C. Tuticani  
Saturnini — Q. Apidi Thalli — C. Vettieni Modesti.

*Diptychon aeneum, rep. trans Danuvium ad limitem Raetiae, prope oppidum  
Weissenburg (III p. 867). — 1) A. 107. — 2) Ex his alis tres etiam postea fuerunt*